



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De stella maxima, quae apparuit post Solis occasum, cap. 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

618 DE MIRACVLIS  
in curiam Episcopi, omnes illam vidimus, sed quid  
portenderet visio tam insolita, scire non possumus.

CAPVT XXVI.

**S**imiliter hoc anno, per duas hebdomadas, visa est  
post solis occasum stella tantæ magnitudinis, ut  
ad instar ignis splendorem de se emitteret: ludæ asserunt  
eam fuisse signum aduentus sui Messia. Hæc  
dicta sint de signis stellarum. Porrò de igne æthereo,  
fulmine scilicet atque tonitruo, quæ ex collisione na-  
**Euseb. 21.** bium gignuntur, aliqua proferam exempla, ut noue-  
ris secundum verba Saluatoris, terrores de cœlo & si-  
gna magna etiam his temporibus contigisse.

CAPVT XXVII.

**I**n vigilia S. Matthei Apostoli erit bienniū, quod  
in Colonia contigit res satis miraculosa, & ideo  
miraculosa, quia insolita. In crepusculo eiusdem no-  
ctis, ignis cadēs de cœlo turrim S. Andreæ incendit, si-  
militer & sepem circa curiā cuiusdam canonici, quæ per  
multos ciuiū labores extincta sunt. Eadē autē nocte  
glacies fuerat congelata; vnde & miraculum reputa-  
batur, quod tonitrua audiri & fulmina videri pote-  
rāt. Aliud tibi referam exemplum terribile satis.

CAPVT XXVIII.

**S**acerdos quidam de Saxonia nuper miraculum  
mihi retulit stupendum: Hoc, \* inquit, anno in  
terra nostra, in quadam theatro, fulminati sunt  
viginti homines, solo sacerdote cuadente, fugit enim,  
cū alios videret ardere: decebat enim ut ignis, quo ni-  
hil leuius est, leuitatis amatores puniret. APOLLON.  
Miror quod sacerdos non est punitus, cùm ipse plus  
cæteris credatur peccasse. CAESARIUS: Sapientia Deus  
sacerdotibus parcit propter ordinem, sicut legitur de  
Aaron, quem non percussit lepra, sed sororem, cùm  
tamen non legatur sorore minus peccasse. Vel fortè  
in eo aliquid boni Deus præuidit, propter quod illi  
pepercit. Quod vero aliquando ob huiusmodi leui-  
tates Deus sacerdotes puniat, præstò est exemplum.

CA.

**Num. 12**

\* scilicet  
1222. vi  
habes in-  
frā cap.  
48. & 50